missis, cum viderentur generalia ambigua et obscura . . . . tionem prioris ipsius Ecclesie Santi Leonardi, qui nunc est, vel qui pro tempore fuerit, instituat in eadem ecclesia Cappellanum clericum secularem, cuius corretio et visitatio . . . . et destitutio, si pro sui culpis et excessibus destituendus fuerit, spectet ad dominum Episcopum supradictum et successores suos, omnibus aliis in predicta sententia contentis in suo robore . . . . . servata nobis nichilominus potestatem iterum et pluries super premissis omnibus arbitrari, prout in forma eiusdem arbitrii plenius continetur. Ita tamen quod ipse prior teneatur . . . . a die predicte late sententie computandum, procurare et facere, quod in dicta sententia, consensus Abbatis et Conventus sui interveniat, et quod idem dominus Episcopus infra eiusdem anni . . . . suum capitulum consentire, et ratum ac firmum habere atque tenere. Et quod utraque pars procuret fideliter infra sex Menses post predictos consensus utriusque partis habite . . . . sententiam quam declarationem hanc, arbitrium sive laudum, per sedem Apostolicam confirmari. Alioquin nec arbitrium, nec sententia seu declaratio teneat, nec quidquid ex . . . . tutum. Sed omnia reducantur in eo statu, in quo erant tempore antequam in nos per predictos Episcopum et Priorem fuerit compromissum. Presentem autem sententiam, declarationem . . . . sive laudum, per discretum virum Magistrum Bernardum natum qd. Iudicis Aytardi civem venusinum, publicum Apostolice sedis auctoritate notarium, scribi et . . . . . . mam redigi mandavimus, et sigilli nostri appensione fecimus communiri. Lata, lecta et promulgata in scriptis fuit pre missa sententia, declaratio, arbitrium, sive laudum . . . . Hospitio ipsius domini Sarraceni in presentia partium predictarum. Anno domini Millesimo, ducentesimo, nonagesimo secundo, Inditione Quinta, die vicesima . . . . Septembris Apostolica Sede vacante. Presentibus